Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

suum transuerso ordine retortum. quoddam specimen horribilis proferebat monstri. Verum hac egritudine per ternos mensium confecta decursus. nusquam potuit loco uel lecto submoueri. proprio conamine. non quantum suffulta. alieno iuuamine. Neque hoc sine maxima molestie sue ui. Cumque ut iam dixi sede uehitali ante posita esset altari pensilis secum delatis uoto se constrinxit. deo et sancto martiri. ut si recuperaret sanitatem. quoad usque uiueret. uotiua ei sollempnia celebraret. et quotquot annis uiueret censum sui capitis solueret. Sed cum per duarum fere spacia horarum illic maneret et toto tempus egidi moneret ad eum qui se apportabat hec uerba proferebat. Sellam submo-
xv. uete et per manus conamini abducere. quam per huius sancti intuentium. mirum quid libet sentio adesse remedium. Tunc uni baculi sustentamine pacto quo potuit gressum nitens domum rediuit. et lecto se locauit. In proxima sequenti nocte tam acriter compressa est membrorum dolore nec non et eorundem fragore ut nichil aliud quam anime exitum astantes sperarent. deinde die postera baculo innitens. queque loca per domos uicinas pergens. pari quantum temporis interuallum integerrimam adepta est sospitatem. ipsi gloria qui per sanctos suos operatur miracula. Ipsa die quedam eiusdem familie cecus altius ducatu allatus. confestim candela altari imposita. uisum exceptum recepit. ac alacriter ad domum repedauit. Deinde euoluto annorum curriculo. sollempnitate sepius memorati in eadem ciuitate cuidam mulieri telam ordienti. quam texuerat liciatorium tam fortiter manui est inuolutum. ut nisi maxima ui posset euelli. Qua commonitione minime correcta. cum adhuc operi instaret stolida manus curuedine contabuit. que ex tota corporis parte tam inutilis mansit. ut omni uitali calore resoluto. ueluti corpore uideretur exuta. Quo dolore perculsa. ad ecclesiam sancti memorabilis pueri humilis querens eius auxilia. et statim effecta est sana.

Passio sancti Symphoriani.

Tempore Aurelii principis cum aduersus christianos dira persecutionis procella intonaret. erat in augustidunense urbe cuidam nobilis uiri Fausti filius nomine Symphorianus. christiane familie litteris bene instructus et moribus. quem illustrabat celestis sapientia. spiritualibus gemmis ornata simplicitas. et iustitiam uite timorem tenens. feliciter gubernaculi defensione seruatus naufragium mundi male blandientis elapsus est. Erat tunc Edua ciuitas sacrilege religionis referta demoniis. in qua Berecinthie statua uenerabatur ac cultibus. Heraclius autem consul in eadem urbe sedebat. christianos sagaciter inquirens.